



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola IV. Robertvs Bellarminvs Politianus, S. R. E. Cardinalis Ivsto
Baronio Vetera Veteracastrensi S. Clarissime Domine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

mus gloriæ tuæ, absens corpore clamo, præ-
 & r. *Corinth.* sens spiritu auribus ingero. ^k *Speſtaculum*
 49. iam factus Deo, angelis, & hominibus, inter
 duos tuos Agonothetas, Cyprianum & Au-
 gustinum, in certaminis campum ingressus,
 fauente Deo, ministrantibus Angelis, coad-
 iuuantibus fratribus, sanctis monentibus
 & opem ferentibus, nihil est tibi timendum,
 148. s. 41. sed gaudendum; magis verò ^l *exultandum,*
 si pro fide Catholica, ipsa veritate tuenda, ali-
 quid pati dignus inuentus fueris. Reddidi li-
 teras tuas Summo Pontifici, audit libenter
 iam diu perditæ balatus ouis, quam & iudi-
 cavit dignam, vocem audire pastoris, Apo-
 stolicis te literis alloquens, quibus velut ex-
 tentis brachijs te complectitur, & quot
 146. 15. s. 6. characteribus, tot petit osculis, ^m *imponens su-*
 per humeros suos, &c. quem semper verè pa-
 storem & patrem experieris. Vale. Romæ.
 20. Ianuar. Anno Domini. M. DCI.

EPISTOLA IV.

ROBERTVS BELLARMINVS

 Politianus, S. R. E. Cardi-
 nalis

 IVSTO BARONIO VETERA-
 castrensi S.

Clarissime Domine.

QVOD gratia Spiritus Sancti cor tuum
 potenti sua virtute ad veram lucem a-
 spici-

spiciendam & amandam conuerterit, &
 lætor ex animo, & gratias ^a Patri luminum, ^a Iacob. 8.
 quantas possum, ago. Quod verò ad hoc ef-^{17.}
 ficiendum scriptis meis prouidentia diuina
 vti voluerit, exulto. mihi crede, pro fructu,
 sed inani non efferor gloria. Satis enim im-
 perfectum meum noui: neq; ignoro, ^b vir- ^b 2. Cor. 12.
 tutem Dei, vt Apostolus ait, *in infirmitate
 perfici*, id est, tantò illustrius Dei potenti-
 enitescere, quantò per instrumenta infir-
 miora operatur. Magnum Dei donum est
 agnitio veræ Ecclesiæ, in qua sola reconci-
 liantur homines Deo, & spem solidam cõ-
 cipiunt adipiscendæ salutis æternæ. Hæc
 videlicet est illa ^c pretiosissima margarita, ^c Matth. 13.
 quam qui inuenit, venditis omnibus compara-^{46.}
 re studet. Neque metuendum est, ne si pro-
 pter fidẽ patrimoniũ amittam⁹, fame nobis
 & frigore pereundum sit, cum Dominus
 dicat, ^d *Querite primum regnum Dei, & iu- ^d Matth. 6.
sticiam eius, & hæc omnia adyicientur vobis. ^{33.}
 Sed etiã si ^e rapinam bonõrum nostrõrum, ^e Heb. 10 34
 vt Apostoli verbis vtar, sine spe talia rursus
 acquirendi, pati nos oporteret, non ideò
 minore ardore animi in veræ fidei professi-
 onem & prædicationem incumbere debe-
 remus. ^f *Non enim sunt condignæ passionēs* ^f Rom 8. 18.
*huius temporis ad futuram gloriam; quæ re-
 uelabitur in nobis.* Pontifex Maximus opti-
 mam voluntatem erga te gerit, & breui da-*

bit operam, vt res necessariæ tibi & tuis ad vitam honestè transigendam non desint. Sed si fortè diutius res differretur, quàm par esset, ob distantiam regionum, & plurima negotia, quibus Optimus Pontifex quotidie penè obruitur, velim ad mentem reuoces, quod *Moses* populo in angustijs posito dicebat, *⁊ Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat an diligatis eum.* Ego pro mea virili non deero, tum precibus apud Deum, *⁊ Philip. 1. 6.* vt *ⁱ opus bonum, quod in te cœpit, ipse perficiat,* tum apud homines, vt temporalia subministrent ijs, quos à Patre cœlesti ad regnū æternum vocari vident. Vale Clarissime *ⁱ Para. 22 13.* vir, *ⁱ confortare in Domino, viriliter age, ⁱ omnem sollicitudinem tuam in Deum projice,* *⁊ 1. Pet. 5. 7.* quoniam ipsi est cura de nobis. Romæ die 18. Ianuar. Anno M. DCI.

EPISTOLA V.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D. CÆSARI
Baronio Sorano, S.R.E. Cardinali

IVSTVS BARONIVS VETERASTRENSIS S.

AD XVI. Calend. Martij, cum properè SPIRAM vocatus aduolassem, redditæ mihi sunt litteræ tuæ, AMPL^{mc}. CARDINALIS: